Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quoderant agnoscerent; caelestis eos medicus blandis fomitis
curat. benignum paradigma obicit. & in eorũ corde uulneris tu
morem premit, ait namque; Quis ex uobis homo qui habet centum oues. & si perdiderit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta nouem in deserto. et uadit ad illam quae perierat. donec inueniat illam; Ecce mira dispensatione pia & ratis similitudinẽ ueritas dedit. quam & in se ipse homo recognoscere &. & tamen haec specialiter ad ipsum auctorẽ hominum pertinere; Quia enim centenarius numerus ẽ perfectus. ipse centum oues habuit. cum angelorũ substantiam & hominum creauit; sed una ouis tunc perit. quando peccando homo parcua uite deseruit; dimisit aũ nonaginta nouem oues in deserto. quia illos summos angelorum choros reliquit in caelo; cur aũ caelum desertũ uocat. nisi quod desertũ dr̃ derelictum. tunc aũ caelũ homo deseruit. cum peccauit. in deserto aũ nonaginta nouem oues remanserant. quando interra dn̄s unã querebat. quia rationabilis creaturę numerus. angelorũ uidelicet & hominum. quę aduidendum dn̄ condita fuerat. pereunte homine erat inminutus; & ut perfecta summa ouium integrar &ur in caelo homo petitur querebatur interra; Et cum inuenerit illam inponit in humeros suos gaudens; Quem in humeris suis imposuit. quia humanã naturã suscipiens peccata nr̃a ipse portauit; Et ueniens domum. conuocat amicos. & uicinos dicens illis congratulamini mihi quia inueni ouem meũ quae perierat; Inuenta oue addomum redit. quia pastor nr̃ reperato homine. ad regnũ caeleste redit. ibi amicos & uicinos inuenit illos uidelicet angelorũ choros. qui amici eius sunt. qui a uoluntate eius continue in sua stabilitate custodiunt; Uicini quoq; eius sunt qui a claritate uisionis illius sua assiduitate perfruuntur. & notandũ qd̄ ñ dicat. congratulamini ouis inuente sed mihi. quia uidelicet eius ẽ gaudium uita nr̃a. & cum nos ad caelũ reducimur. solemnitatem letitię illius implemus; Dico uobis qd̄ ita gaudium erit in caelo. super uno peccatore paenitentiã agente. quã sup nonaginta nouem iustos. qui non indigent paenitentia. plus de conuersis peccatoribus. quã de stantibus iustis gaudũ erit in caelo. quia plerũq; hi qui nulli re oppressos peccatorũ molibus. sciunt stare quidẽ in uia iustitię nulla in licita pp̄etrant. sed tamẽ ad celestẽ patriã ancere ñ ãhelant tantoq; sibi in reb; licitis usum prebent.